83

TE DEUM

ORATORIO SACRO
IN TRE PARTI
per
Soli, Cori, grand' Orchestra ed Organo
del

ORATORIUM
IN DREI THEILEN
für
Soli, Chöre, grosses Orchester und Orgel
von

D.r P. HARTMANN von An der Lan-Hochbrunn

ORD. FR. MIN.

Testo latino di S. E. R. il Vescovo
Mons. G. A. GHEZZI
ORD. FR. MIN.

EDIZIONI RICORDI

(Printed in Italy).

(Copyright MCMXIII, by G. Ricordi & Co.)

SALA T
SCAFFALE 5
58183 FILA IV

LVDOVICO · CÆSARI

BAV. · PRINCIPI · REGENTI

D · D · D



04337

TE DEUM

ORATORIO SACRO
IN TRE PARTI
PER
Soli, Cori, grand' Orchestra
ed Organo
DEL

ORATORIUM
IN DREI THEILEN
FÜR
Soli, Chöre, grosses Orchester
und Orgel
VON

D.r P. HARTMANN von An der Lan-Hochbrunn

ORD. FR. MIN.

Testo latino di S. E. R. il Vescovo

MONS. G. A. GHEZZI

ORD. FR. MIN.

G. RICORDI & C.

EDITORI-STAMPATORI

MILANO - ROMA - NAPOLI - PALERMO - PARIGI
LONDRA - LIPSIA - BUENOS-AIRES - NEW-YORK

(Copyright MCMXIII, by G. Ricordi & Co.)

(PRINTED IN ITALY).

Proprietà degli Editori per tutti i paesi.
Deposto a norma dei trattati internazionali.
Tutti i diritti di esecuzione, riproduzione, traduzione e trascrizione sono riservati.

(Copyright MCMXIII, by G. Ricordi & Co.)

(114699)

Music Library
UNC-Chapel Hill

TE DEUM

SOLI:
SOPRANO, CONTRALTO
TENORE E BASSO

SOLI:
SOPRAN, ALT
TENOR UND BASS

TESTO.

PARTE PRIMA.

N. 1.
INTRODUZIONE SINFONICA.
CORO E DUETTO
(CONTRALTO E BASSO).

TEXT.

ERSTER THEIL.

N. 1.
SYMPHONISCHE EINLEITUNG.
CHOR UND DUETT
(ALT UND BASS).

Confitemini Domino et invocate nomen ejus; annuntiate inter gentes opera ejus.
Cantate et psallite ei; narrate omnia mirabilia ejus.
Laudamini in nomine sancto ejus, lætetur cor quærentium Dominum. *(Ps. 104, 1-3).*

N. 2.
BASSO SOLO E CORO.

N. 2.
BASS SOLO UND CHOR.

Confortamini et nolite timere: ecce Deus vester ipse veniet et salvabit vos.
Tunc aperientur oculi cœcorum et aures surdorum patebunt.
Saliet sicut cervus claudus, et aperta erit lingua mutorum.

(Is. 35, 4-6).

N. 3.
TERZETTO, SOLI e CORO.

N. 3.
TERZETT, SOLI und CHOR.

Scissæ sunt in deserto aquæ, et torrentes in solitudine: quæ erat arida erit in stagnum et sitiens in fontes aquarum.
Et erit ibi semita et via, et via sancta vocabitur: hæc erit vobis directa via, ita ut stulti non errent.
Et redempti convertentur, et venient in Sion cum laude: gaudium et lætitiam obtinebunt, et fugiet dolor et gemitus.

(Is. 35, 7-10).

Verbo Domini cœli firmati sunt et spiritu oris ejus omnis virtus eorum.

(Ps. 32, 6).

Te Deum laudamus: te Dominum confitemur.
Te æternum Patrem omnis terra veneratur.
Tibi omnes Angeli, tibi cœli, et universæ Potestates:
Tibi Cherubim et Seraphim incessabili voce proclamant:
Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus Sabaoth.
Pleni sunt cœli, et terra majestatis gloriæ tuæ.
Alleluja!

(Hymn. SS. Ambr. et Aug.)

PARTE SECONDA.

N. 4.

TENORE SOLO, SOLI e CORO.

(TENORE SOLO).

ZWEITER THEIL.

N. 4.

TENOR SOLO, SOLI und CHOR.

(TENOR SOLO).

Domine opus tuum in medio annorum vivifica illud:
in medio annorum notum facies:
cum iratus fueris misericordiæ recordaberis.

(Cant. Habacuc 3, 2).

Lætentur cœli et exultet terra ante faciem Domini quoniam venit; quoniam venit ut salvaret nos.

(Psalm. 95, 11-12).

Domine opus tuum in medio annorum vivifica illud:
in medio annorum notum facies.

(CORO). | *(CHOR).*

Te gloriosus Apostolorum chorus,
Te Prophetarum laudabilis numerus,
Te Martyrum candidatus laudat exercitus.
Te per orbem terrarum sancta confitetur Ecclesia.
Patrem immensæ majestatis.
Venerandum tuum verum, et unicum Filium,
Sanctum quoque Paraclitum Spiritum.
Tu Rex gloriæ Christe.
Tu Patris sempiternus es Filius.
Tu ad liberandum suscepturus hominem non horruisti Virginis uterum.
Tu devicto mortis aculeo aperuisti credentibus regna cœlorum.
Tu ad dexteram Dei sedes in gloria Patris.

(SOLI). | *(SOLI).*

Judex crederis esse venturus.

Te ergo, quæsumus, tuis famulis subveni, quos pretioso Sanguine redemisti.

Aeterna fac cum sanctis tuis in gloria numerari.

Salvum fac populum tuum Domine, et benedic hæreditati tuæ.

Et rege eos, et extolle illos usque in æternum.

(Hymn. SS. Ambr. et Aug.)

(CORO). | *(CHOR).*

Dicant, qui redempti sunt a Domino, quos redemit de manu inimici, et de regionibus congregavit eos. Alleluja.

(Ps. 106, 2).

PARTE TERZA.

N. 5.

SOLI E CORI.

(CORO DI DONNE).

DRITTER THEIL.

N. 5.

SOLI und CHÖRE.

(FRAUENCHOR).

Salutis humanæ Sator,
Jesu voluptas cordium,
Orbis redempti Conditor,
Et casta lux amantium.

Te cogat indulgentia,
Ut damna nostra sarcias,
Tuique vultus compotes
Dites beato lumine.

(Hymn. liturg. Fest. Ascens.)

(CONTRALTO SOLO). | *(ALT SOLO).*

Deus meus es tu, et confitebor tibi; Deus meus es tu, et exaltabo te.

(Ps. 117, 28).

In psalterio decem chordarum psallam tibi in æternum.

(Ps. 32, 2).

(CORO DI DONNE). | *(FRAUENCHOR).*

Tu dux ad astra, et semita,
Sis meta nostris cordibus,
Sis lacrymarum gaudium,
Sis dulce vitæ præmium.

(Hymn. Ascens.)

(CORO). | *(CHOR).*

Per singulos dies benedicimus te.
Et laudamus nomen tuum in sæculum, et in sæculum sæculi.
Dignare, Domine, die isto, sine peccato nos custodire.

(SOPRANO e CONTRALTO SOLI DUETTO CON CORO D'UOMINI). | *(SOPRAN und ALT SOLO DUETT MIT MÄNNERCHOR).*

Miserere nostri, Domine, miserere nostri.

(SOLI e CORO). | *(SOLI und CHOR).*

Fiat misericordia tua, Domine, super nos, quemadmodum speravimus in te.

(Hymn. SS. Ambr. et Aug.)

Te prona mundi machina
Clemens adoret Trinitas,
Et nos novi per gratiam
Novum canamus canticum.

(Hymn. liturg. Quadrag.)

In te Domine speravi, non confundar in æternum!

(Hymn. SS. Ambr. et Aug.)

Prezzo netto: Cent. 20.